

vi peccatoris character, qui iterum crucifigit Jesum Christum, eumque vertit in opprobrium: Rursum crucifigentes sibi ipsi Filium Dei, & ostentui habentes. Ibidem.

Quanto do-
lore confici
debemus
quod totius
Dei gratiam
sumus abusi.

Stupor ille, in quo sumus, numquid effectus est illius cecitatis, quam parit iteratus in crimina lapsus, & quæ efficit, ut peccatorum conversio moraliter impossibilis fiat? Quid de me fieret? Suis finibus circumscripta patientia potuissetne me sustinere? Quoties tibi occasionem præbui, ut traderes me in reprobam sententiam? Hoc tamen facere noluisti, sed expectasti me, & me coegisti, ut ad te reverterer; & licet toties tibi infidelis extiterim, adhuc mihi exhibes gratiam tuam, ut educas me de scelerum meorum abyssu. Agnosco infidelitatis meæ causam, quia nimis confidens in viribus meis, memet ipsum obijeci occasionibus lædendi te. Itaque statim, ex hoc ipso temporis momento abrenuntio læsioni librorum, necessitudinibus, societatibus, colloquiis, quæ effectuerunt, ut in eadem laborer peccata, a quibus me longissime recessurum decreveram, in praxim redigere volo consilia omnia, quæ mihi suppeditata sunt ad evellendum inveniatis habitus, quorum vim in dies singulos sentio convalescere. Christianæ Considerationes.

Quam nobis
metuendus
sit lapsus in
eandem sectam,
& quare.

Potquam dæmon ex corde nostro ejectus fuit, illud adhuc tamen considerat tamquam locum, in quem jus aliquod habet, propter diuturnam, quam ibi fecit, mansionem. Hinc ille delectum, ut ita dicam, habet; novaque colligit vires iterum in illius possessionem reverfurus. Assumit itaque se cum septem spiritibus nequiores se, dicit Salvator, ac rursus arcem hanc obsidione sepit, cui jam dominabatur; & nisi summa usi fuerimus diligentia, illic ingreditur, fit fortior, pluresque ibi exciatis clades, quam cum primum ingressus est, summe imperium ita confirmat, ut vix inde valeat propelli. Hinc Dei Filius ait, Satanz reditum in calamitosam hanc animam longe deteriorem futurum, quam cum illam primum occupavit: Et sunt novissima hominis illius pejora prioribus. Hinc intelligere possumus, quanti nostra interit Dei gratiam semel acquisitam tueri. Hoc proculdubio docere nos voluit Apostolus, cum ait: Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, & prolapsi sunt, renovari ad penitentiam. Non quod salus illius, qui in priora scelera reverfus est, omnino, & absolute sit impossibilis, sed quod moraliter fieri nequit, ut hic ex suspeso hoc statu emergat, cum nolit proficere ex gratia, quam antea Deus illi concesserat. Quod sane efficere debet, ne acceptas gratias negligamus veriti, ne Deus illas alia vice largiatur, & quæ ad alios transferat, qui eas in utum meliorem convertant. Auctor recens.

Quam
sunt causa,
quæ nos a
recidiva de-
bent deter-
tere.

Non animi grati ratio, sed utilitas nostra nobis suadere debet, ut recidivam cane pejus, & angue evitemus; semper enim secundum scelus gravius est priore, & tertium altero: ideoque graviori pena puniendum est. Quo major vobis venia conce-

sa est, eo minus meremini, ut vobis parcatur. Nihil magis Dei justitiam irritat, nil magis fontem miserationum exhaurit, quam hæc beneficiorum ejus oblitio, quam alteræ hæc resurrectiones, & mortes, penitentia, atque peccata. Ad id igitur serio animum advertite; nulla fortasse in morali Christiana veritas est majoris momenti; hæc imple, Deus, mentem, & cor meum, & ne permittas, ut cum tandem gratiam suam reparavero, illam unquam amittam. Moralis Novi Testamenti Patris la Neuville. Tomo 1.

Cur tot gratiæ motibus non afficeris, & conscientia tua stimulis non perturbaris? Cur nullis modo scrupulis, aculeisque agitaris? Cur in gravioribus sceleribus nihil est, quod te deterreat? Cur in ipsa abyssi ora dormitas? Unde nam funesta hæc proficitur constantia? Heu! ne acceptum hoc referas nisi lapsibus tuis repetitis adeo frequentibus, gravibusque. Centies Deo æternam jurasti fidelitatem; sed ubi minima adfuit occasio, ad primum statim hostium congressum arma abiecasti, & pro nihilo habuisti omnes protestationes tuas; recens, & in arena in eorum partes transiisti; ecce quid Deum tuum irritat. Prima, dicebat Pater quidam, scelera tua ex infirmitate, atque ignorantia tua proficiebantur. Secunda non nisi ex imprudentia tua oboriri potuere; tertia vero unice effecta sunt tua nequitia, & improbitatis, quæ ut plurimum ad excitationem adducet, Tristis status, unde nunquam emerges, quia emergere nunquam voles, vel quia illum non cognoscas, vel quia in amore illius mordicis perfisces, etiam si illum cognoveris. Deus unus vi omnipotentis brachii sui posset te illic educere, at sperandume sibi est, hoc illum facturum? Nequam, & secundum communis Providentiæ consuetudinem nunquam particeps fies gratiarum elestarum, & meræ prædilectionis. Hæc nulli debentur; sed recidivæ peccatorum illis vel minime parem, vel nimis indignum efficiunt. Idem Tomo 4.

Frequentes
recidivæ ef-
ficiunt, ut
peccator
gratiæ ma-
gnæ non
afficiatur.

Dei patientia infinita est; alioquin jampridem ad finem pervenisset, ac mundum iniquitatibus ejusdem tradidisset. Nec minor requiritur bonitas, quam sua, ne lapsibus, & recidivis peccatorum fatigetur: qui non solum non proficiunt ex ea suavitate, quæ eorum tolerat flagitia, verum etiam in ipsa impunitate rationes inveniunt, propter quas in eadem recurrant. Deus, qui non delectatur in perditionibus nostris, producit mortaliū dies, ut alii quidem per sinceram conversionem ex suis emergant iniquitatibus, alii vero a mediocri virtute ad sublimiorem ascendant; ne primos quidem in suis iniquitatibus obuentes, alios vero decedentes non ita virtutibus ornatos, ut Deus exultet, illos quidem damnet, quippe nihil nisi malum habentes, hos vero non fecit, quippe non habentes totam bonum illud, quod habere deberent juxta illa Spiritus Sancti verba. Non invenio opera tua plena coram Domino. Ex regula Sancti Benedicti. Tomo 1.

Quanta sit
Dei patientia.

Idem

Idem

REGULARITAS.

Vita ordinata. Ordo, ac Systema vitæ, a singulis pro statu suo servandum. Diligentia in eodem tuendo, &c.

MONITUM.

Per hoc Regularitatis, ordinatæque vitæ vocabulum non intelligimus hoc in loco verba facere de vita ad virtutem composita, & exemplari probitate, quæ morum improbitati, & nequitie adversatur: sed hoc nomine vitæ regulam, ordinemque indigitamus, quem Christiani fidei præscribere, ac diligentissime observare pro viribus debet, ut singula temporibus suis exequatur, nihilque eorum omittat, quæ ad statum, & conditionis suæ spectant officia; quod ubi desit, sortuito, ex libidine, non ex regula, sine modo, exlex, & abnormis vitæ vaducitur. Argumentum hoc licet non adeo sit obvium, non ideo tamen minus est utile; etenim ad hoc ut christiano viro dignam vitam vivam, vivendum est ex regula, utque ex regula vitas, Actiones dirigende sunt, alioquin nequaquam vitos, non solum ut fidelem, sed neque ut rationabilem hominem deceat, qui, ut se ip-

sum in negotiis, officiisque suis regat, ordinem in illis debet constituere, & nihil nisi ex ratione operari. Fatendum est tamen, ut argumentum hoc vite pertractetur, plurima opus esse præcautione, ne alia committantur argumenta, quorum alia quidem supponimus, qualia sunt intentio, cause supernaturales, gratiæ status, in quo esse debemus, aliæque circumstantiæ ad id necessaria, ut actio bona fit, æternæque remunerationis digna: alia vero, quæ aliquam habent cum hoc argumento rationem, non nisi obiter attingenda sunt, nisi tamquam probationes afferantur, vel concionis partem non constituant, qualia sunt bonus temporis usus, otii fuga, obedientia, charitas proximi, aliæque id genus, quæ integros sermones exquirunt, & de quibus singulatim suis locis egimus.

Cavendum est quoque, ne argumentum hoc concionatorio more tractantes descendamus ad minutam actionum dici totius enumerationem, & ne latius verba fiant de earum recte proficiendarum ratione, ne sermo repere, atque in catechismum degenerare videatur: sed hinc rebus omnibus suppositis unice immorabimur in ordine, quem nobismet ipsi præscribere debemus, & diligentia, qua ille servandus est, necnon vigilantia, atque attentione adhibenda.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Concionum hujus Argumenti Structura.

In hoc Sapientia verba: Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, Sap. 10. animus fert ostendere. 1. Constantem regularitatem, assiduamque diligentiam in officiis servandis religionis, status, muneris, & conditionis, ad quam nos Providentia evocavit, certissimum esse indicium, nos a Dei Spiritu in via salutis deduci. 2. Hanc in omnibus officiis diligentiam tutissimam, facillimamque esse viam ad eum finem assequendum, cui nos Deus destinavit, qui salus est, & æterna felicitas.

Primum dico, characterem magis apertum, quo Dei spiritus a quovis alio spiritu distinguitur, esse regularitatem, videlicet fidelem, constantemque diligentiam in omnibus officiis vite illius, quam sumus amplexi. 1. Ratio desumitur ex S. Augustino testante, Deum in omnibus operibus suis ordinem amare, & hanc veluti legem irrogasse sibi, illum, quem sibi sive in natura, sive in gratia præscripsisset, fideliter, seduloque servandi; ita ut, addit ille, ordo non adducatur ad Deum, & sine ordine nemo ad ipsum pervenire possit, qui finis est, quo semper spectare debemus. Hinc sequitur, si Dei spiritus nos ad eum, quem sumus amplexi, statim vocavit, eundem quoque spiritum nobis ducem esse in hac via, nosque ad statum hujus muneris abunde impellere. Cum enim res per eadem ferventer principia, per quæ esse inciperent, quomodocumque melius judicare possumus, nos Dei spiritui agere in eam viam, quam nobis sequendam proposuit, quam ex perfecta, constantique omnium officiorum nostrorum observantia. 2. Ad hæc in hac infirmitate, atque inconstantia, quæ bonum sequimur, & in hac ingenii nostri proclivitate, quæ in malum tendimus, ratio sola non satis recta est, ut omnes actus nostros dirigat, ac sit christiane, & regularis vite principium. Dicendum igitur est, hunc esse Dei spiritum, videlicet desiderium eidem placendi, voluntatem ejus faciendi, & gratiam vocationi in hoc statu inherenti. Alioquin enim bonum ex mera libidine, & sortuito fieret, & hoc ipsum bonum non esset diuturnum. Rerum nostrarum sollicitudo inficiet, ut oblivioni tradamus exercitia pietatis; in ea vite ratione, ubi quolibet inordinatum est, atque importune factum, nulla videtur regula, nulla uniformitas. 3. Docet experientia ea omnia, quæ violenta sunt, nequaquam esse posse diuturna, sed sensim, & sine sensu remitti, laxarique, nisi externa ope aliqua recreetur. Violentum sane est pro Deo sese constanti regulæ subijcere, quæ nostram torquet libertatem, quæ suo ingenio quidquid, a quo cogitur, odit, & execratur. Ubi fidelis exemplari probitate ne latum quidem, ut aunt, unquam recedit ab ordine, quem ipsi sibi semel præscripsit, & quem saluti suæ necessarium judicavit, neque humana quolibet ratio illum dimovere potest, nonne interendum est, eundem spiritum, quo actus hanc sibi legem irrogavit, hanc etiam inspirare constantiam, & fidelitatem in eadem servanda? E contra vero ubi nulli sese subicere valeat regulæ, ut fideliter status, ac religionis suæ muneribus perfungatur, indicio meritis Dei jugum excussum iri; illum sese ab eis omnibus, quæ in christiana religione sunt molesta, dispensaturum, sibi que traditum cæce in omnia sese traditurum flagitia.

præscribere, qua sedulo omnibus status nostri, ac religionis muneribus perfungi possimus, viam esse tutiorem, ac faciliorem, ut ad eum perveniamus finem, ad quem nobis contendendum est, æternam videlicet felicitatem: Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, Sap. 10. 3. Hæc rector, utique via est, neque alia requiritur ratio, quam scire, hanc illam esse, quam Deus ipse nobis descripsit; quæmadmodum enim supernaturalis ejus providentia late ad omnes homines singulatim extenditur, ita illos ad eum evocat statum, ubi videt, eos tutius salutem suam esse operaturos, ubi pauciores scopulos, ac minora pericula offendunt; & quoniam hæc ipsius voluntas est, quod in hoc statu vivamus, credere etiam debemus, nos hoc pacto semper voluntatem illius perfecturos. quæ est, nos omnibus eidem inherentiibus officiis rite perfungi. 2. Hæc facilius via est, & per quam minori cum difficultate progredi, & ambulare possimus: hic enim status est, & conditio, quam ipsi elegimus, tamquam ingenio, & studiis nostris magis conformem. Tandem enim si in omnibus artibus, ac scientiis, via perfectionis quamprimum acquirenda hæc est, ordinem sequi, tutamque habere regulam, quæ illic adducant quia hæc arte plurimolibori parcimus, & compendiosa via ad optatum finem pervenimus: hoc ipsum de Sanctitate dicendum est, quæ simul, & scientia Cœli est, & via, quæ illic adducit. Ut autem via hæc facilius, breviorque reddatur, facis est omnes vite actiones, eas etiam, quæ communes sunt, in ordinem redigere; tunc nulla nos res morabitur, habitus omnes difficultates explicabit, ac facile nobis præbebit, quidquid antea arduum, difficillimumque videbatur. 3. Regularis hæc diligentia adhuc utilis est; per hanc enim efficere possumus, ut actiones omnes nobis accesserint ad cœlum, ac infinitam meritorum copiam acquirendam &c. Desumptum ex sermone hujus argumenti ex Auctore sermonum in omnia Ethica christiana argumenta, tom. 3. argumentorum particularium.

Ostendi potest, ut christiana vita ducatur, necessario ordinatam vitam esse ducendam. 1. Ad evitanda inordinatæ vitæ mala, quæ sunt otium, temporis iactura, negligentia eorum, quæ ad pietatem pertinent, omissiones in iis, quæ in nostro munere, ac statu potissima habentur; quod certe accidit, cum temere, ex libidine, ac ingenio mere operamur. 2. Quoniam regenda sint, & quomodo, videlicet tempus pietatis exercitationibus, ac vitæ civilis officiis, rei domesticæ, ac naturæ necessitatibus, cujusmodi sunt requies, refectio, solatia, impendendum. 3. Utilitates, quæ ex hoc sapienti regimine percipiuntur. Certi sumus nos rebus in omnibus Dei voluntatem exsequi ejus status, in quo nos ille constituit, munera obeuntes, innocens, & christiana vita ducitur; bonum illud fit, quod a nobis expectat Deus, cum summa officii fide omnia status nostri, religionis, & conditionis munera obimus.

1. Ostendere, constantem in omnibus status, & religionis suæ muneribus regularitatem veram esse, solidamque Christiani vitæ civilis officiis irretiti devotionem, ac notam, ex qua qui vere virtute præditus est, possit dignosci. 2. Omnes actiones suas moderari, omniaque ex ordine, & quodcumque suo loco, & tempore operari ratio est, qua fieri potest, ne aliquid in virtute difficile videatur.

I. Or.

IV. 1. Ordinem rite dispositum in familia constitue- re, ac primum omnium servare, necnon efficere, ut servetur ab aliis, certissima via est...

V. 1. Vitam ducere uniformem, atque ordinatam in actionibus communibus, & quae passim sunt, Deo acceptissimum est; ac sepe illa minori cum periculo transfigitur...

VI. Cum tota christianae vitae sanctitas, atque perfectio in hoc posita sit, ut malum quidem vitemus, bonum vero operemur, facile ostendi potest, quod omnes actiones suas ordinatim peragere...

VII. 1. Bonus ordo, & regularitas, quae in vitae ratione servatur, fons est pacis, & tranquillitatis, quae imperturbabilis conscientia perficitur...

VIII. 1. Sedula cura, & regularitas in status, ac professionis nostrae muneribus rite obendis non prohibent, ne Deo serviamus...

IX. 1. Nihil vulgatius est, nihilque facilius committitur, quam omissionis peccatum in officiis suis obendis, seu illis, quae ad religionem pertinent...

X. 1. Bonus mundi huius ordo in hoc totus est, quod singuli ad unguem suis persurgant officiis, non secus, ac e contra mala omnia, quae in statibus, & conditionibus omnibus videntur...

XI. Cum vera prudentia in hoc posita sit, ut media omnia ordinentur ad finem, christiana prudentia in hoc sita est, ut omnes regantur actiones, & officia, quae media sunt nobis proposita...

PARAGRAPHUS ALTER.

Fontes, Auctoresque, unde hauriri copia potest ad praeparanda Conciliorum systemata...

Augustinus librum edidit de ordine; & reor hoc unum fuisse, qui argumentum hoc pertractaverit, vel saltem, qui iustus de eodem verba fecerit.

Idem Epist. 40. ad Licentium ostendit ordinem in moribus esse potius, quam verbum.

S. Bernardus in serm. parv. num. 16. ostendit per ordinem rebus in omnibus pacem, & concordiam firmari.

S. Bonaventura lib. de sex. alis. Scyth. c. 6. peculiariter loquitur de ordine, quem quilibet sibi praescribere debet, ac diligenter in actionibus suis observare...

Hi sermo illi sunt, quos invenire potui, qui de ordine, diligentia, & regularitate in actionibus servanda locuti fuerint. Non desunt tamen loci alii, ubi idem, atque nonnulli patres verba fecerint de sanctitate in minimis rebus adhibenda, quorum nomina allata sunt a nobis in hoc titulo, qui a praesentibus non admodum abluunt, ideoque repeti possunt.

S. Augustinus Epist. 108. ad Sacerdotem. S. Chrylостомus Homil. 87. in Martii.

S. Basilii serm. de renunciat. sacris, & de spiritu perfectionis.

Cassianus Coll. 6. Abbat. Theod. S. Leo in extrema Epist. 80. ad Nicetiam, & Epist. fol. 54. ad Marcian. August.

S. Bernardus de ordine vitae, & morum Institutio. Alii auctores, qui de summa in minimis rebus diligentia scripsere, peti possunt ex titulo de sanctitate in rebus parvis.

P. Sautren tom. 1. Anni christiani cap. 5. pro regula, ac ratione omnia bene faciendi, hanc tradidit omnia videlicet tempore suo peragere.

P. Causinus lib. 3. Aulæ sanctæ sed. 33. agit de praxi actionum quotidianarum, ut christiana vita ducatur.

Idem iustus de hoc egit argumento in libello, cui titulus: Dies christiana.

Cambolas, in libro, cui titulus: Exemplar vitae christianae, docet in omnibus domesticis actionibus ordinem esse constituendum.

P. Corderius tomo secundo Familiae sanctae c. 1. ostendit ordinem praestantiam, eumque in familiis omnibus esse constituendum.

P. Poire in libro, cui titulus: Scientia sanctorum, & ubi de ordinato spiritu loquitur.

P. Hai-

X.

XI.

Concilio-

torum.

P. Haineuve tom. 3. de Ordine serm. 10. sect. 1. loquitur de ordine diurnarum horarum pro actionibus ex regula efficientis.

Essai de morale tom. 1. tract. de submissione voluntati Dei cap. 7. ubi ostenditur, exteriores actiones esse dirigendas, atque illinc spiritus aequalitatem proficisci.

P. Nepveu tom. 3. Christianarum considerationum pro octiduo anni diebus, die nona mensis Augusti loquitur de modo christianum diem distribuendi.

P. Sandret in libro, qui inscribitur: Regimen familiarum, docet interesse domum sancte dirigere, & in primo, novissimoque libri capite generales aliquot regulas tribuit ad eam bene regendam.

P. Delingendes in sermonibus Gallicis sermone pro feria tertia post passionem Dominicam sermonem habet de diurnarum horarum ordine, ubi nihil praetermittit, quod huic infervere possit argumento.

Auctor sermonum in omnia Ethicæ christianæ argumenta tom. 3. argumentorum particularium integrum sermonem habet de vita ordinata.

Qui collectanea hujus argumenti ediderit, reperiemus.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, & Applicationes Scripturarum huic Argumento.

Corroboratur est Josabam, eo quod direxisset vias suas curam Domino. 2. Paralip. c. 27. Tempus faciendi Domine: dissipaverunt legem tuam. Psal. 118.

Antequam vadam ad terram miseriam, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Jobi 10. Custodi legem atque consilium: & erit vita animæ tuæ. Prov. 3.

In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ezech. 33. Non deservieris a die bono, & particula boni domini non te prætereat. Eccli. 14.

Sine iudicio nihil facias grave. Eccli. 33. Sapiens cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperies os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Et Dominus dirigit consilium ejus, & disciplinam. Eccli. 39.

Omni negotio tempus est, & opportunitas. Eccli. 8.

Vir prudens dirigit gressus suos. Prov. 15. Dirige viam tuam, & spera in illum. Eccli. 2. In omnibus deprecare Altissimum, ut dirigat in veritate viam tuam. Eccli. 37.

Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem æmum consilium stabile. Ibidem. Suscipiati cum ad iustitiam, & omnes vias ejus dirigam. Psal. 45.

Qui querit legem, replebitur ab ea: & qui insidiose agit, scandalizabit in ea. Eccli. 32. Ordinavit in me charitatem. Cant. 2. Omnia tempus habent. Eccli. 3.

Si non in timore Dei tenueris te instanter, cito subvertetur domus tua. Eccli. 27. Non oderis laboriosa opera. Eccli. 7.

Quæ a Deo sunt, ordinata sunt. Ad Rom. 13. Omnia honeste, & secundum ordinem fiant. 1. ad Corinth. 14.

Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia. Ad Galat. 6.

Refrigerium tempus, quantum dies mali sunt: propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Ad Ephes. 5.

Si quis fuerim, & maxime domesticorum curam non habet, sed negavit, & est infidelis deterior. 1. ad Tim. 5.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Ad Roman. 8.

Ut abundetis magis, & negotium vestrum agatis. 1. ad Thessal. 4.

Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Sapient. 10.

Quæ placita sunt ei, facio semper. Joan. 8.

Veteris, Novique Testamenti Exempla.

Quidam Sancti Patres proponunt quaestionem, quæ apta mihi videretur ad ostendendum, velle Deum, omnes actiones nostras cum ordine fieri, nobisque a nobis pro toto vitæ spatio quamdam vitam normam præscribi. Quæritur, cur Deus universum hunc orbem, omnesque partes ejus creans, cum totum immensum hoc opus repente producere possit, ac omnem perfectionem momento eidem tribuere, plures insumpserit dies, antequam illum in eum, quem videmus, statum adduceret. Hoc intervallum, & hæc temporis mora nequaquam profecta est, vel ex opificis impotentia, vel ex operis resistentia; quoniam omnia dicto parerunt, nihilque illius resistit voluntati. Neque dici potest, illum re adhuc integra non satis bene omnia prævidisse, vel non satis operis ipsius ideam animo digessisse, ita ut operi extremam subsidem manum admoveere deberet, uti Pictoribus, atque Architectis mos est: sed non poterat Deus postrema die doctor esse, quam prima, neque detegere operis sui defectus, quos nondum re incæpta præviderat. Inter alias rationes, quæ a Sanctis Patribus afferuntur, facti, quod videri posset abnorme, hæc ad rem nostram pertinet: videlicet, quod cum illius potentiam imitari nequeamus familia producetes opera, saltem imitemur illum opera nostra cum ordine efficientes, ita ut quælibet dies, & hora ordinatam habeat occupationem suam, postquam prudenter constituta fuerit vitæ ratio a nobis servanda, ut ad eum, quo contendimus, finem perveniamus.

In legis antiquæ libris, Levitico, atque Deuteronomio legitur, voluisse Deum, a populo omnia ex ordine fieri; leges, divisiones, munera, officia; præsertim vero quidquid ad cultum, locum, tempus, apparatus, omnesque caeremonias attinebat. Quamobrem omni tempore præcepit Deus, ut in omnibus mortalium actionibus, non secus, ac in suis ordo servaretur, quæ deficientia, nihil est, nisi confusio, ac tumultus in familiis, in vitæ nostræ ratione, in moribus, totoque vitæ decursu.

Donec Salomon divino spiritu regi se passus est, jure Sapientis nomen sibi promeruit; etenim tempus suum ita bene distribuere, ut omnia ex ordine, & cum admirabili prudentia periceret; ita illuminatus erat, ut lucem veris afferret omnibus, secretissimas quaslibet ambages extricabat, ac detegebat, abditissima revelabat mysteria, & impenetrabilissima expediebat negotia: verum adeo mirabilis ordo in multitudine præceptorum, ministeriorumque ejus ita elucebat, ut personæ ipsius regimen late sese ad illos omnes extenderet, qui eidem inserviebant, eo usque ut Regina Saba sapientiam ejusdem rumore illecta Jerusalem versus iter suscepit propriis oculis visura ea, quæ de tanti Regis sapientia remotissimis etiam in terrarum finibus nunciabantur. Commode hæc suæ satisfecit curiositati; de omnibus Sapientis hujus Principis operibus, prudentibusque institutis erudiri voluit; sed tunc maxime admirata, & quodammodo extra se rapta fuit, ubi vidit præclarum ordinem, ac regulas omni sapientia refulgentissimas, quas ille domi suæ constituerat, & exclamavit, omnia sibi magis pulchra, & admirabilia videri, quam quæ sibi fama nuntiaverat, & ea, quæ videbat, longe præferre illis omnibus, quæ audiverat.

Mulier fortis, de qua Spiritus sanctus loquitur in Proverbiis, perfectum est exemplum ejus diligentiae, ac regularitatis, quæ ejusdem sexus, ac dignitatis personæ muneribus suis debent persungi. Quin rem negligenter domesticam, quod plerique in more est, oculos semper intentos habuit, ut domus suæ necessitatibus perfectis prospiceret. Summa cura famulorum, ancillarumque suarum, & victui consulit, & indumentis diligentius perquirat, quidquid domi suæ agatur, ut ex ordine omnia fiant, atque ut omnis prohibeatur tumultus. Oeconomizæ studet, etiam ut habeat unde pauperum, miserorumque consulat necessitati. Præsertim vero nunquam otiosa est, & ubi majoris momenti defunt negotia, vacat operibus manuum suarum, columque attrahat, & turbinem. Hæc pars est characteris, quem Sapiens proponit, prudentis, fortisque mulieris, quam magis ob vigilantiam.

Cur Deus hominum creans ordinem servaverit, neque omnia simul creare voluerit.

Deus in lege replet omnia ex ordine fieri voluit.

Ordo, ac regimen a Salomone domi suæ constitutus Regine Sabæ servavit admirationem.

Exemplum mulieris fortis, ejus hypotipon in Proverbiis habemus.

Asterisci qui de regularitate, ac diligentia locuti sunt.

lantiam, diligentiam, & curam, qua suum obit munus, laudibus celebrat, quam ob virtutem, dignitatem, atque divitias.

Exemplum filii Dei in Paradiso sed mensuris exequendis.

Dubitari non potest, quominus quidquid faciendum erat Dei filio, ubi humanam induisset carnem constitutum fuerit ab aeterno Patre, eaque singularem ad minimam usque actionem fuerint praesignata: verum etiam neque dubitandum est, quominus ille ad unguem, summa que officii sui fide adimpleverit singula, quia tempus eorum praereteret, vel in aliqua circumstantia deficeret. Hac de causa mater suae, Desparae Virgini petenti, ut sua uti veller potestate in nuptiis Cana in convivarum gratiam, respondit, tempus se ipsum per miraculosa facta ostendendi noadum advenisse: *Nondum venit hora mea 4 Joan. 2.*

Exemplum B. Virg.

Omnem gloriosae Virginis actionem Deo summo pere juncunda exiterunt, & constat, ipsam inde incomprehensibiliter meritorum sibi adeptam fuisse thesaurum. Verum cum, quod extrinsecus visum est, non admodum insigne, atque praecuram existeret, & illa latentem in signa, unico Deo cognitam vixerit, inferendum est ipsius fidelitatem, qua coeli gratis respondit, diligentiam, qua suis muneribus perfunda est, omnesque glorificandi Deum occasiones conquisivit; verbo, regularitatem vitae privatae in Dei servitio transactae fuisse principium, atque causam infiniti hujus meritorum acervi.

Applicationes quorundam Scripturae locorum hinc Argumento.

Regularitas in muneribus suis obeundis, rectissima, ac iustissima ad salutem via est.

Iustum deduxit Dominus per vias rectas. Sap. 10. Audaacter dici potest, rectam hanc, tutamque viam, qua deduxit Deus iustos ad status ipsorum perfectionem, & mox ad regni caelestis possessionem, esse regularitatem, & diligentiam in obeundis officii status sui in eo vitae genere, & quo Providentia illos nasci voluit, vel eo in gradu, in quo illos constituit. Praeclare factorum, & gloriae Domini procurandae occasiones raro incidunt, neque Deus omnibus hominibus ea munera tribuit, ubi insigni aliquo facinore virtus eorum praeteris valeat entifere, sed in nostra situm est potestate, non sine gratia, quae nemini deest, subsidio diligentem esse, & a se dispendio in adimplendis ejus status officis, in quo nos ille constituit, & hoc illud est, quod a fidelissimis famulis suis potest exigere. Hac praeterea tutior via est. Inanis gloria, quae plerumque nobis bonorum operum praeripit merita, ibi non est metuenda, quae quidem in magnis muneribus, ubi non alia saepe merces acquiritur, quam plausus adulantium, quibus septi sumus; neque periculum est, ut vertigine laboremus, ut illi, qui in eminenti aliquo gradu, & dignitatis apice fulgent. Hac tandem facilitior est salutis via, & ea, quam Deus omnibus stravit hominibus; etenim ab illis, ut salvi fiant, nil aliud expetit Deus, nisi quod ipsi sibi meritis faciendum impofuerunt, statum suum amplexi, & a quo semet dispensare nequeunt, quin subeant odium, atque contemptum eorumdem hominum, non seclus ac Dei, cujus mandata, & leges infringunt.

Omnis negotio tempus est, & opportunitas: Eccl. 3. Hoc non tam proverbium est, quam Sancti Spiritus oraculum, omnia suum tempus habere. Ita cum te iis obrutum senties negotiis, quae catervatim sese tibi offereant, neque spiritum ducere sineat, ne festinas temet illis expedire, atque quam primum ex illis emergere. Unicuique debitum tempus impende; sed de eorum necessitate, atque ordine iudicet ratio, non cupiditas, non aliena commendatio, vel spes alicujus utilitatis. Verum ut agas, quemadmodum Christianum virum decet, ne temet illis abdas, ut oblivioni tradas maximum, quod habes negotium, & quod ideo ceteris quibuscumque praerendum est, scilicet salutis tuae. Quamobrem quodcumque accidat, statum semper reservandum est tempus, quo vacat orationi, pii alicujus libri lectioni, ac devotionis exercitiis, in quibus Christianus religioni sibi vertere debet, si vel semel deficiat.

Constante praescripto Rom. 3. Quamquam haec verba generatim de illis dicantur, qui summa officii fide motus Spiritus sancti sequuntur, non vereor tamen, quia pecunia Dei spiritui hariter illis applicari possint, qui sui status officia constant, atque ex regula adimplent, & quin hi

dici valeant veri filii Dei, semper imperiis ejusdem subiecti, ac rebus in omnibus divinam voluntatem illius exequentes. Constat enim caelestis Patris voluntatem esse, quod seipsum sanctificant eo in statu, ad quem vocavit illos, & viam, qua se ipsos sanctificare possunt, non aliam esse, quam summa fidelitate, & circa omnia obire munera, quae eidem inhaerent. Itaque constant haec, & regularis diligentia certissimum indicium est, Dei spiritum primum esse actionum nostrarum principium. Ratio autem ex S. Augustino desumitur afferente, Deum in omnibus operibus suis ordinem amare, atque hanc veluti sibi merito irrogasse legem illius ordinis, quem sibi in natura, & gratia praeripit, constantem servandi; ita ut, addit ille, hic ordo nos deducat ad Deum; & citra illum ad Deum pervenire nequeamus, qui quidem finis est, qui jugiter ob oculos nostros debet obversari: *Ordo est, quem si tenuerimus, perducit ad Deum, & quem nisi tenuerimus, non pervenimus ad Deum. Unde sequitur, quemadmodum Dei spiritus nos ad hunc vitam statum evocavit, ita & hunc nos ad vitam adducere, ubi ad unguem omnia ejusdem munera obimus.*

*Quae placita sunt ei, facio semper. Joann. 8. Cum religiose, atque constanter status nostri adimplemus officia, omnesque actiones nostras ex ordine, regulamque, vel a temporalibus superioribus, vel ab illis, qui nostram dirigit conscientiam, praeripita facimus, certi sumus nos rebus in omnibus exequi voluntatem Dei, atque hoc pacto participes fieri bonorum, quibus Religiosi fruuntur, qui certi sunt, se Dei voluntatem semper exequi, cum obedientiam superioribus suis praerant, vel cum fideliter suas observant regulas; hic enim ordo, quem in tota vitae nostrae ratione retinemus, species est regula, quam ipsi suscepimus, ut perfectius viveremus, & quae ideo deservit esse: *Quaeruntque ordinata sunt, a Deo sunt, ad Roman. 13. Hinc autem hoc bonum percipimus, quod, quia casu, aut libidine, vel propria lumina, quae efficerent, ut in singulos gressus cessitatem, & fortasse in praerceptis rueremus, secuti operemur, Deus ipse sit dux noster, quin ultra nostrarum actionum ab ordine consiliorum ejus abhorret, ideoque ex necessaria illatione, quin illi perjuranda non sit. Etenim, Domine, si diligeret tua sequor imperia, si ad unguem ea omnia exequor, quae cupis; verbo, si omnia, quae jubes, adimpleo, quid ultra facere possum, ut tibi placeam?**

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & sententiae Sanctorum Patrum hujus argumenti.

Omnia quanto magis ordinata sunt, tanto magis utriusque bona sunt. August. *Pax omnium rerum tranquillitas ordinis. Idem, lib. 19. de Civit. cap. 13. Ordo est, parium disparumque rerum sua cuiusque distribuens dispositio. Idem, ibidem. Non ordo rectus, aut ordo appellandus est omnino, ubi deteriores meliora subjiciuntur. Idem, lib. 1. de liber. Arbitr. c. 8. Unusquisque paternis in domo sua Ecclesiasticum, & quodammodo Episcopale implet officium. Idem, Tract. in Joannem. Summo Deo cuncta ministrante que fecit, nihil inordinatum in universo, nihilque inustum est, siue scientibus, siue nescientibus nobis. Idem, lib. 33. Quae. Quae. 27. Nihil est inordinatum, quod non sit pulchrum, & si- cut ait Apostolus, omnis ordo a Deo est. Idem de vera Relig. cap. 41. Omnia, quae naturaliter sunt in ordine suo, bona sunt, & nemo in eis peccat, nisi qui ordinem suum, in Dei obedientia non custodiat, eorum quoque ordinem male utendo perturbat. Idem, lib. contra Faust. cap. 8. Ordo est, quem si tenuerimus in vita, perducit ad Deum, & quem nisi tenuerimus, non pervenimus ad Deum. Idem, lib. de Ordine. In omni actu vitae id cavere debemus, ne rationem nimis animi motus excludat, sed tenemus consilii locum. Ambros. lib. 1. Offic. c. 22. Cum solveris Aurore debuit, licet ut opera tua in beneficentiam, et alimenta hominum conferas. Idem, ibidem, c. 30.*

Deum

Dum Deus successore hunc mundum produxit, & perfecit, imitatores sui nos esse voluit, ut primo faciamus aliqua, postea venustemus, ne dum utramque adoramus, neutrum possumus explere. Idem, in Hexam. c. 7. Male se rectum putat, qui regulam summe rectitudinis ignorat. Gregor. lib. 5. Moral. in Jobi 27. Ordinata esse nequeunt, quae superius moderantibus dispositionem perdant. Idem, lib. 9. Moral. in Jobi 2.

Impar quisque invenitur ad singula, dum confusa mente dividitur in multa. Idem, 1. Pastor. cap. 4.

Non solum media nocte Dominus, sed omnibus prope docet vigilandum esse momenti. Ambros. lib. 7. in Lucam.

Quod in diebus malis est, quodammodo immutatum illud, & dies malos in bonos vertimus, & facimus illos non praesentis saeculi, sed futuri. Hieronym. in hac Apostolica verba, redimentes tempus.

Omnia profectio natura confunderet, nisi mundum discipline ratio guberneret. S. Valerius Homil. de bono discipulo.

Distinguat (quisque) spatia diei actibus suis; horarum aptissime momenta constituat; ordo vitae confusus agitur, si talis discretio sub veritate nescitur. Cassiodorus, lib. 1. variar. Epistol. Epist. 46. nomine Regis Theodorici, ad Regem Burgundionum.

Nullus ordo quippiam recipit inordinatum; quod vero inordinatum est, ordo non est. Bernard. in Apolog. ad Guillelm. Abbat.

Pax domus, ordinata imperandi atque obediendi concordia cohabitantium. Idem, in 16. parvis Sermonibus.

Si in humanis, & corporalibus rebus, ordo expedit ut servetur, ne confusione deficiat, quanto magis in spiritualibus habendus est? Laurentius Justiniani, de discipulo, & perfect.

Ordo in operibus nostris cogitare quam necessariis videatur, quandoquidem in sermonibus nostris etiam observandum proponitur. Richard. a sancto Victor. in Psalm.

Satis longa vita, & in maximarum rerum consummationem largo data est, si tota bene collocetur. Seneca, lib. de brevitate vitae, cap. 1.

Palatium sic Theodosius ordinavit, ut haud alienum esset a Monasterio. Socrates, Hist. lib. 6. cap. 22.

Singulos dies, singulas vias puta. Seneca. Cum ordinate & laboramus & comedimus, naturam vitaeque nostras & servamus & augemus; contra inordinate cum agimus, depravamus naturam, atque de suo statu movemus. Aristotel. sect. 19. Problem. 38.

Unam nobis regulam eligamus, perquam Deo grati, acceptaque esse possimus. S. Ephraem. de vi Reg.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologiae penu ad hoc argumentum possit deprimi.

Quid sit regularitas, & vita ordinata.

Regularitas, siue ordinata vita, eo in sensu, in quo isic a nobis accipitur, definiti potest diligentia, attentaque vigilantia, qua uniformem, & constantem, qui nobis praescriptus fuit, vel quem ipsi nobis praescripsimus pro omnibus omnium dierum actionibus, ordinem servamus; ut accuratius obeamus munera status illius, quem sumus amplexi, & conditionis, & gradus, in quo nos providentia constituit. Hac autem regularitas non tam peculiaris est virtus, quam praxis virtutum, quae necessariae sunt, ut constanter urbanam, & christianam vitam muneribus perfungamur; temporis ordinem dumtaxat addit, qui nosmet subjugimus, & quem tamquam invariabilem legem nobismet irrogamus, quae quoad fieri potest, nobis sit in toto vitae nostrae decursu, regula, & norma.

Regula, quam servamus, nosra obeundae officia, & prudentiae effectus est prudentiae officium.

Lex, & regula ista, quam ipsi nobis praescribitur in officis obeundis, actionibusque perficiendis servandum, effectus est prudentiae prorsus christianae: cum enim prudentiae sit media ad finem ordinare, cumque finis, quem ob oculos habere debet fidelis, sit salutem suam operari eo in statu, ad quem illum evocavit Deus, votorum summam consequi nequit, nisi sanctam, atque christianam vitam traxerit. Ut autem hoc pacto *Hondry Bibl. Tom. IV.*

vivat, bonas actiones perficiat opus est; & actiones istae neque moraliter bonae, neque christianae esse possunt, nisi ex ordine fiant; & ordo hic esse debet conformis legi seu naturali, seu divinae, seu humanae, quam legitima potestas irrogavit. Hinc fit, quod quemadmodum actio commendabilis esse non potest sine bono fine, ita neque esse possit, nisi fiat ex ordine, & regula, quae nobis praeripta est. Christianae igitur interest prudentiae ita vitae regulam praeribere.

Cum vita, quam vulgo hominum plerique ducunt, non semper sit uniformis, neque semper in uno statu, certeque munere traducatur, sed iuxta statum, eventus, & varia consilia mutetur, non potest illis eadem vitae ratio praeribi, quae per maneat, & quam illi semper observerent; cum enim per varios status varia sint etiam officia, constant hinc uniformitas, quae exigitur, observari non potest. Attamen supponendum quoque est tamquam principium, statum in singulis dies non mutari; ideoque donec praesens status, ubi sumus, vigebit, ut in eo christiane vivamus, officia, & actiones nostras huic statui conformare debemus, ad ponentes tempus, locum, & ordinem, quem singula possunt, ut ea omnia praestemus, quae Deo, quae proximo, quae nobismet ipsis debemus. Ideoque unum disponentes diem, reliquos etiam disponimus, & quamvis hujus diei actiones non unius sint naturae, cum ordioate sint per tempus ipsis constitutum, non aliud sunt, quam vitae partes ejusdem muneris, quod per illud tempus adimpletur.

Actiones quolibet vitae die regendae.

Tria sunt actionum genera vitam nostram componentium. Primae sunt, quae ad Dei cultum pertinent, hujusmodi sunt, oratio, usus sacramentorum, pietatis exercitia. In his haec servanda est regula ut nunquam ab illis cessemus, nisi aliter necessitas iubeat, vel charitas, cujus exercitium semper prima nobis regula esse debet. Secunda ad nostrae referuntur negotia, & officia statui, & conditioni nostrae adhaerentia ubi ratio, & lex naturalis praeribit, ut semper ea, quae obligationis sunt, illis anteharam, quae sunt supererogationis, quantumvis ea perfectiora nobis videantur; & prohibet, ne nosmet illis impediamus, quae cum salutis nostrae negotio simul esse non possunt, vel quae nos ab eodem divellant. Tertium genus actionum, quae a nobis regendae sunt, illae sunt quae ad animi nostri tranquillitatem pertinent; etenim per intervalla subinde aliquo solatio indigemus; quod moderate capiendum est pharmaci instar, quod non nisi necessitate iubente epotamus.

Distributio praescripti ordinis in qualibet actione faciendam.

Ad actionum nostrarum tempus distribuendum notandum sedulo est, quantum temporis spatium in illis infundendum est, & quo tempore faciendae sunt: cumque coram Deum perspexerimus, quid nobis status, conditio, vires, valetudo, officiaque nostra, ad quae ex necessitate tenemur, nobis permittunt, praeriterem vero cum illos consulerimus, a quibus regimur, & qui apud nos Dei locum obtinent, nobismet ipsis imponere debemus diurnarum horarum ordinem, ita ut singulis actionibus suum constet tempus, atque diuturnitas. Hoc pacto singula ex ordine fiant, & evitabitur tedium, atque confusio, quae ut plurimum otium gignunt.

Pro viciis praescripti ordinis servandas est.

Cum aliquem nobis consulto praescripsimus ordinem, illi adeo constanter adhaerere debemus, ut neque per ignaviam, neque per infidelitatem, neque per animi levitatem, aut fastidium, quod nunquam illud ipsum semper facientes afficiamus, ab eo recedamus, aut avelli patiamur. Verum nun ideo tamen servilli modo huic nosmet subeere debemus, neque religioni vertere, si ordinem hunc immutemus, ubi ratio, vel necessitas, vel charitas iubeant.

Cum postquam in ordinem ea omnia digestimus, ad quae nobis est incumbendum, nec non tempus ipsum ad eadem exequenda necessariam, accidere potest etiam, ea a nobis perperam fieri, vel quia modum illa rite faciendi ignoramus, vel quia non ita sedulam curam impendimus, vel quia non uti opus est instituto ordini inhaeremus. Ratio igitur, quae hoc efficienda sunt, ut hominem christianum decet, ad duo redigitur, ad methodum videlicet ibi servandam, & ad internum animi sensum, quo facta animanda sunt. Quod ad methodum spectat, operis pretium est, quantum fieri potest, hanc nobis pro pietatis actionibus praesentem, sacramentorum usu, oratione &c. constituere. Neque enim omnibus convenit methodus, quae conformis esse

D

debet aetati, temperamento, conditioni, muneri, dispositionibus, & peculiari singulorum studio; quod cum immutari possit, nullum periculum est ex sapientis directoris consilio methodum immutare. Interior autem spiritus, qui omnes actiones nostras comitari debet, in pura, sanctaque intentione consistit. De hac suo loco dictum est, neque necesse esse istic aliquid eorum, quae dicta fuerunt, repetere, praeterquamquod inde fieri potest integri sermonis argumentum.

Quam nobis Satis exprimi nequeunt bona, & utilitates ad salutem, atque christianam vitam ducendam, quae ex hac sancta consuetudine omnes actiones suas ita dirigendi proficiuntur. Hac autem praecipua sunt, quae latius amplificari poterunt, atque proferri in huius argumenti concione; ea autem satis mihi indignitate. Porro evitari pars defectuum, qui in muneribus actionibus nostras obrepere consueverunt; puta, negligentia, per quam lapsus omittimus illa, quae facere iubemur, ut etiam festinatione, per quam eadem imperfecte operamur. Etenim sine hoc ordine bene instituto, tempus nos fallit, & dimidiatas tantummodo actiones, easque ut plurimum pessime facimus. Evitatur nausea, atque fastidium, quod ex nimia uniformitate suboriri potest; etenim per hunc ordinem de una in aliam migramus actionem, ab oratione ad laborem, a corporis, mentis labore ad aliam occupationem, qua minus fatigamur; & hoc pacto labitur tempus. Evitatur odium malorum omnium origo; etenim hic ordo nullum temporis spatium vacuum relinquit, ac tota dies occupata est. Non ex ingenio, neque ex libidine agitur, quod accidit illis, quibus nullum ordinatum negotium est, qui plerumque temporis totius iacturam patiuntur. Memorem inconsistentia, ac levitatis ingenii nostri, quod quidam sibi vim inferunt, si levitatis ingenii nostri, quod quidam modo ex quodam sibi praescripto iure operari. Proprie abrenunciamus voluntati, ac semper divina exequimur; omnis enim ordo, teste Apostolo, ab eodem proficitur; & hoc pacto in partem accedimus bonorum, quibus religiosi fruuntur eorum ritu ordinatam vitam ducentes. Hic tandem ordo causa est, & origo pacis, & tranquillitatis cum interioris animae, tum exterioris familiae totius, quae optime instituta est; quilibet enim suo persurgitur munere, omnia ordinem servant, nihil nos turbat, nihil sollicitat, nihil negotium facessit. Hac sunt praecipua bona, quae ex sapientis omnium actionum nostrarum regimine emanant.

Omnis inane agit, & alioquin non consistens, dum quoad tempus.

Ordo postea, ne omnia simul, eodemque tempore fiant, sed successive: ita ut, cum aliquid inceptum est eo modo, quo decet, & qui praescriptus sit, illud persequi, immo & perficere necesse sit, non autem cum aliis confundere, vel imperfectum relinquere, dummodo aliquo majoris momenti negotio interruptendum non sit. Sin autem opus, cui vacamus, diuturni temporis est, atque non nisi per intervalla faciendum, ubi elapsa fuerit hora labori huic destinata, relinquendum est, nisi omnino sit necessarium opus producere; & meminisse oportet, quod Salvator ait, cuiuslibet diei esse debere statas horas, ordinataeque occupationes, quin inquieti praeventantur festinatione, qua omnia se deque misceantur, ac perturbentur. Hac in re supponendum est semper, ubi dicimus, ordinem & regulam in omnibus actionibus esse statuendam, intelligi de iis, quae vulgo fiunt, quin nobis non ferendum iugum iniiciamus.

PARAGRAPHUS VI.

Delicti ex Aestheticis, nuperisque Concinatoribus lecti huius Argumenti.

Atis esset dicere ordinem esse veluti oeconomiam in domo Dei, ut inde liqueat, ipsum omnibus in familiis esse necessarium; nulla enim inter homines est familia, quae esse non debeat compendium veluti quoddam, & imago magis huius domus, ubi omnia ordinata sunt, & ubi mirabilis ordo, quem ibi invenimus, liquido persuadeat omnia summa intelligendi vi gubernari, Quae modo autem in magno hoc orbe nihil inordinatum est, sed omnia admirabili consensu ita disposita sunt, ut suum quoque locum, ordinem, & gradum teneant, quin aliquid ordinatus fingi possit: & non celi solum, syderum, elementa, quae summa sunt rerum omnium capita, cum

Omnia ordinata esse debent in familia, quemadmodum ordinata sunt in domo Dei.

habent locum, qui naturam suam maxime decet, sed arborum etiam folia a supremo mundi optice ea ante, quam satis admirari non possumus, sunt distributa: atque ut omnia verbo complectar, perfectum ordinem servant: homines hoc ipsum facere decet in familiis suis, ubi omnia ordinata esse debent, tempus, negotia, personae, & praerogativae actiones, quarum singula temporibus suis sunt faciendae, ut Sapiens Eccl. 8. ait: Omni negotio tempus est & opportunitas. Auctor sermonum in omnia Ethicae christianae argumenta.

Prima, ac postrema utilitas, quae ex ordinata vita percipitur, est moderata levitatis, atque mobilitati ingenii nostri, quod quidem non minimum est obstaculum, quod in Dei servitio, & virtutis exercitatione invenitur. Esto quidem a pueri initium ducas, nisi temet subicis alicui formae vivendi, & regulae, quam constanti sequaris, nihil tutum, nihilque uniforme erit in vitae tuae ratione; hodie quidem praclarum aliquid facias aggredi velles, cras redibit illius deserendi voluntas, ut alteri vaces; quaedam die plurimum boni conaberis, alia die parum, alia item nihil. Pro temporum, atque variatione varietate vivendi normam, & praxim immutabis, atque habitus esse mera libidine bonum hoc pro alio quovis mutandi, illud ad tempus intermittendi, ac postmodum recipiendi; habitus hic, inquam, efficiet, ut quam primum omnino illud relinquantur. Hac de causa inter optima consistit, quae suggeri possunt hominibus Dei spiritu afflatis, & qui recte vivendi rationem intrinsecum contendunt, illud fortasse principem obtinet locum, quod se in pietate confirmari debent vivendi regulam proponentes, cui ut plurimum habeant, & in qua singulis actionibus locum, tempusque constituent, illique dicendum est, futurum, ut si hoc pacto singulari in ordinem disputerint, non desit unquam tempus, quo status sui, ac religionis officii res pertingerant, neque praecis suo tempore efficiat rei familiaris curam, ac negotiorum suorum diligentiam prohibeant, pro certo deinde illis habendum, hanc solidissimam esse devotionem, ac optimam vivendi, ut veros fideles decet, rationem. Idem.

Liquido constat non omnia quolibet tempore fieri, bonum ipsum, quod aliquid facere conatur, inane esse praeteritum, ut quis hoc pacto studiis suis, suoque voluntati faciat satis, quomobrem illud iam ultra bonum non est. Idcirco Sapiens ait, omnia sua habere tempus: Tempus nascendi, & tempus moriendi, tempus plantandi, & tempus evellendi, quod plantatum est, tempus occidendi, & tempus janandi, tempus destruendi, & tempus edificandi &c. Eccl. 3. Hinc oritur, hunc insignis prudentiae effectus esse tempus suum apte ordinare, ac illud is res impendere, quae sunt in ordine officiorum nostrorum, & contra vero nihil majorem indignitatem imprudentiam, ac inordinatam agendi rationem, quam omnia facere intentionem praeripiunt, ut illi, qui tempus orationi destinatum praeripiunt, ut labori, & negotiis vacent, atque solatia transmittunt. Nec desunt, qui diem in nodem, ac vicissim commutant; & alii, in quorum vita omnia inordinata videntur, qui a communi recedunt via, ut aliam sibi vivendi normam constituent profus oppositam illi, quam Deus ipsorum conditioni introgavit. De hac autem ordinis perturbatione, quid dicendum, aut quid cogitandum est? Hominis sapientia, sacer Textus ait, in hoc posita est, quod vias Domini super ipsum agnoscat: Sapientia callidi est intelligere viam suam. Prov. 14. sed ubi invenitur ordo, ac tempus, quod ratio, vel Dei lex nobis praescribit, iam nihil aliud est, quam mera libido, atque confusio. Idem.

Quemadmodum Christiani perfectio in hoc posita est, non solum ut bonum operemur, sed ut bene bonum ipsum efficiamus, quam maxime interest, actiones nostras, saltem vero praecipuas cum ordine efficere: alioquin cum nihil consilii captum sit, nulla instituta regula, forti acceptum referendum est, si quid e voto cesserit. Festinatio, ac praecipua agendi ratio omnia confundit, atque corruptit; casus inopinatus causa est, propter quam certum intere consilium minime liceat, cumque nullam bene agendi consuetudinem habeamus, hinc sit, quod nihil boni perficere valeamus. Hoc magis innoere voluit Legislator, cum monuit, ne quis satis esse putaret bonum facere, sed etiam animum appelleret, ut illud

Non omne tempus omnibus apertum est, & non omnibus in omni tempore.

Adiones suas ostendit bene operandi.

Actioes suas ostendit bene operandi.

Actioes suas ostendit bene operandi.

Actioes suas ostendit bene operandi.

Actioes suas ostendit bene operandi.

Actioes suas ostendit bene operandi.

Actioes suas ostendit bene operandi.

Actioes suas ostendit bene operandi.

Actioes suas ostendit bene operandi.

Actioes suas ostendit bene operandi.

Actioes suas ostendit bene operandi.

Actioes suas ostendit bene operandi.

Actioes suas ostendit bene operandi.

Actioes suas ostendit bene operandi.

illud faceret bene, atque cum omni ea perfectione, quae in nobis esse potest maxima: Juste quod justum est persequaris. Deut. 16. Nostis autem aliquis rei bonum, & perfectionem juxta tritum illud Ethicorum axioma, consistere in congruae circumstantiarum, quibus oratum esse debet; ac factis esse, ut vel una desit ad hoc, ut non bona, vel etiam mala fiat. Satis esse aliquid intemptive fieri, ut perperam factum putetur, satis esse vel intentionis defectum, ut corrumpatur, vel attentionis, ut dedecatur, cum e contra ubi maturum consultum fuit, ubi regula constituta, instituturque ordo, fit habitus omnia bene faciendi, & eo modo, quo fieri oportet. Neque dixeris fieri non posse, ut omnes vitae actiones hac arte instituantur; quoniam vix praevideri possunt, neque prospicere licet eventibus, qui eorum cursum interrumpunt, atque optime institutum ordinem evertunt: etenim saltem facile est diem unum ordinare, cumque dies qualibet sit imago quaedam, atque totius vitae compendium, dies altera erit altera norma usque ad status, & conditionis mutationem, ubi similis instituitur ordo, ut vitae totius regula fiat. Hunc autem modum esse dico actiones omnes bene faciendi, ita enim ex ordine sunt; hunc nostram regularem efficiendae, atque dies omnes plenos dies reddendi, ut loquitur scriptura, & nullam esse actionibus nostris amittendi.

Patet, regularem in Dei cultu vitam secundum statum, quem quisque amplexus est, non minorem vim, atque constantiam requirere, quam quae in magnis rebus gerendis, jugibusque laboribus opus est, pro Domini gloria suscipi. Quotidie enim videmus homines, qui annos integros in assiduis laboribus traducuntur ordinatae se se vitae subicere nequeunt propter eam causam, quam S. Hieronymus asserit, quod videlicet solertia in exercitatione virtutum, quo conjulit stans sunt propriae, nihil habet, quod eorum leniat laborem, qui unquam Deo perfectus est: cum interim in actionibus insignibus non desit unquam aliquis gloriolator, qui ad nos referatur. Laborum nostrorum felix eventus lenimentum esse discutiamus, quae illos concomitantur, ac gloria nostra cum Dei gloria permixta efficit, ut impensis eos confectemur. Quamobrem communis, sed regularis vita nihil habeat, quod in se aliorum oculos convertat, & cieat admirationem, atque in semetipsum diuturnum suum contineat, non nisi constantis fidelitatis, nec non parum communis diligentiae in muneribus suis adimplendis esse potest effectus. Hac autem diligentia nequaquam oritur ex perfuratorio fervore, qui aliquando non ingenii minor, quam virtutis effectus est; sed ex principio constanti, quod eadem semper vi operamur, eandemque semper efficit perspirationem: ita ut si morum scientia hac veluti primam perfectae virtutis conditionem requirit, ut contentanter agatur, quin cesset usipiam, & ab ea recedatur, ullam ne certius haberi potest indicium, aliquid solida virtutis esse praeditum, atque status sui perfectionem adeptum esse, quam cum illam sedulo omnia illius munera obeuntem intuemur. Idem.

Hac regularis vita, quantumvis communis, Deo summpere accepta est, neque per hanc minus meritorum acquirunt, quam per labores vitae insignioris propter rationem, quam superius attulimus. Inde vero sequitur, hanc non solum rectam, tutamque esse viam, per quam Deus quamplurimos deducit fideles; sed quin ullam abbeamus exaggerationem dicere possumus, ex hac diligentia iudicium ferendum esse de virtute illorum, qui peculiarem in mundo pietatem profiterunt; & alia qualibet indicia, quae haberi possunt, aequivoca esse, atque illuisioni patere. Cum enim sedula omnium officiorum suorum observantia molesta sit, atque naturae studio opposita, non aliud habere potest principium, quam fortem, interioreque virtutis habitum, qui consequenter divinae majestati acceptus est, atque sors in exhaustum meritorium, ac thesaurus, ex quo in singula momenta petere potest, unde pro coelesti patria thesaurizet: etenim qui recentibus laboribus quis exerceatur, & quin aliquid aliud faciat praeter ea, quae ejusdem perfectionis homines faciunt, insinista merita potest acquirere. Idem.

Supponendum est ad hoc, ut christiana vita ductur, actiones omnes offensas esse Deo, & secundum Apostoli consilium, in iis omnibus, quae

Sine hac vita regula difficile est.

Hundry Bibl. Tom. IV.

sunt, Dei gloriam esse querendam. Hac autem mente, quae nostra solitudine adeo digna est, quidnam sapientius, atque prudentius fieri potest, ne quid omittatur, aut negligatur, quam singulari ex ordine, & loco suo facere? Alioquin enim in hac varietate, ac vicissitudine negotiorum, quae diem pariuntur, quomodo indefinenter intentio dirigi potest, si fortuito dumtaxat, atque ex animi libidine agatur, & pro Deo fiat id, quod quomodo faciendum sit ignoramus? Denique quomodo meritum obtinere possumus actionibus illis, quae tamultuarie, inordinate, & inconsulto fiunt, quin aliud cogitemus, nisi ut ex eo emergamus occursu, qui nobis negotium facessit? E contra vero cum omnia ordinata sunt, & suis quoque temporibus fiunt, ut christianam hominem decet, operantur, & hoc pacto plures fideles sancti, perfectique fiunt, quamvis nihil praeter ceteris faciant: Saepe communem vitam ducunt in oculis hominum, qui satis apti non sunt merito actionum nostrarum iudices; sed in oculis Dei haec via est admirabilis, quemadmodum in Sapientia scriptum est, ubi de iustis est sermo: reddidit iustis mercedem laborum suorum, & deduxit illos in vitam mirabilem. Sapient. 10. Etenim quid agunt, amabo vos, tot viri boni ex omni statu, & conditione? Saepe non distinguuntur ab aliis, qui eandem vitam rationem profiterentur, nisi ex attentione, & cura, qua suis persurgunt officiis. Id solum faciunt, quod alii, sed tanta sedulitate, ac diligentia, ut maximorum, pulcherrimorumque factorum locum obtineant. Idem.

Maxima, quae ex hac praxi utilitas percipitur, haec est, quod minori cum difficultate sanctitas acquiri potest; tandem enim si in omnibus artibus, ac scientiis perfectionis acquirenda ratio est methodum, ordinemque servare, certaque habere regulas, quae nos illic adducant, quia labor paritur, atque compendiofa sit via, ubi satis est eam sequi, quae iam strata, ac monstrata est: hoc ipsum accidit sanctitati, quae simul Coeli gloria est, & via, quae nos illic adducit. Ut autem haec via, quae adeo difficilis, diuturnaque laboris exhibitur nobis, facilius efficiatur, ac brevior, satis est communes vitae actiones ordinare, & per hanc viam incedere; tunc enim nihil nos remoratur, omnes nobis sternit difficultates, ac facile nobis praebet, quod antea difficilissimum, arduumque videbatur; dies diem reget, quid nobis singulis horis, temporibusque faciendum erit, sciemus; atque hoc pacto per strata incedentes viam, eamque diebus singulis relegendes nihil amplius inveniemus, quod nobis incommodum videatur.

Hec ordinata vitae via tuta est, nullaque ibi metuenda est illusio, quae illis timenda est, qui ex communi egressi via secessantis impediuntur negotiis, atque consiliis, quae efficiunt, ut certum relinquant bonum, alterum, quod aliquando commentum est, consecratur; quin in partem accedere volunt omnium bonorum operum, quae in urbe sunt, cum interim familiae, filiorum, domesticorumque suorum curam relinquunt, qui sub charitatis praetextu secessantis se immiscent negotiis, quae ad ipsos non pertinent, vel qui iniustis, ac imprudenti zelo adii sese addicunt officiis, quae vires ipsorum excedunt. Averrat Deus, quod improbare velim opera bona, quae tot viri boni exercent; hoc unum dico, illa apta esse oportere statui, viribus, & conditioni singulorum; qua in re consistit bene instituta vitae ordo, ut videatur, quid faciendum sit, & quid fieri possit, quid a nobis exigat charitas, quid status noster permittat, quid sit necessitatis, quid supererogationis, ad quod nos zelus noster impellit. Cum pro qualibet rei initium fuit consilium, & charitas ordinata est, uti Spiritus sanctus exigit, necnon occupationes, & opera nostra bona conformata sunt nostrae professioni, aetati, conditioni, dici potest, nos esse in ea perfectione, quam a nobis expectat Deus; cum enim regula, quam sequimur, recta sit, quidquid eidem conforme est, rectum quoque esse debet. Idem.

Si dicerem, vobis ad hoc, ut ferviretis Deo, mundum omnino esse relinquendum, deserendam bonam, & abdicandos honores, ac magistratus non secus, ac vitia, ac libidinis extremum vale dicendum est; [responderetis vos nequaquam

D 3

ubi christi- nem hoi- nam decet vitam tra- ducere.

Hac tuta via est, nulla illi obnoxia illucina.

Nihil ratio- ni magis contenta- nam est, quam ordi- natam vi-